a) s. et i. 2.
a) ~~deest~~ 1. 3
b) ~~...~~ hereticus 1.
c) ~~q~~. quia i. 2 ...
~~deest 1. 3~~
d) flaviano 1.
e) ~~anatolius~~ 1. 3
a) q. egerit 1.
1) agit 2
2) intellegi 2 3. corr.
3) deest 1.
4) deest 2. 3
c) quidem 3.
d) quia 3
a) nichil 2 corr.
b) deest 2. 3.
~~fol. 119~~
?) heo 2.
?) articulus 3.

simoniacus invasor[a], sed etiam anathematis nexibus merito ~~here-~~ irre-ticus[b], contra canonicum fas est ordinatus. Quod ita sit, pene cunctis [quia[c]] legentibus notum est. Sancto namque Flaviano[d] propter catholicam veritatem in exilium destinato, Anatolius[e] in eius loco ab hereticis ordinatus est; nec tamen a sancto papa Leone damnatus est, sed ammonitus. Inf. In concilio Niceno praefixum habetur, ut de civitate ad civitatem non episcopus, non presbiter, non diaconus transferatur; si quis autem tale quid ~~egerit~~ agere temptaverit[a], et se huiuscemodi negotio manciparit, hoc factum prorsus in irritum ducatur, et restituatur ecclesiae, cui fuit episcopus aut presbiter aut diaconus ordinatus. Sane quod ait[1]: hoc factum prorsus in irritum ducatur, utrumque intellegi[2] oportet, scilicet ut episcopus de civitate ad civitatem non[3] transferatur, et si translatus ordinationem fecerit, ipsa ordinatio prorsus in[4] irritum ducatur. Def. Ait quidam[c]: Nodus in iunco quaerendus non est. Qui[d] non videas, quod eiusmodi diffinitio nihil[a] obscuritatis habeat, et nihil aliud intellegi possit, nisi prorsus in[b] irritum ducatur hoc quod de civitate ad civitatem transferatur. De ordinatione, quam fecit, nihil omnino tetigit, quod sequens versiculus manifestius declarat dicens: et restituatur ecclesiae, cui fuit episcopus aut presbiter aut diaconus ordinatus. Si ergo restituatur ecclesiae, cui fuit episcopus ordinatus, ordinatio quam tunc fecit, quomodo irrita fieri potest? Inf.